

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Lasciuia i
cum fonte primo

Omnia tollerabilia preter turpitudinem
crede; a uerbis quoque turpibus
abstineto quia licencia eorum
inpudenciam nutrit. Sermones utiles
magis quam facetos et affabiles ama.

Miscebis interdum seriis iocos sed
temperatos et sine detrimento
dignitatis et uerecundie. Nam
reprehensibilis risus est si inmodicus, si
pueriliter effusus, si muliebriter fractus.
Odibilem quoque hominem facit risus
aut superbus et clarus aut malignus et
furtivus aut alienis malis euocatus.

Seneca de quatuor uirtutibus.

Omnia tollerabilia praeter turpitudinem
crede. A verbis quoque turpibus
abstineto, quia licentia eorum
impudentiam nutrit. Sermones utiles
magis quam facetos et affabiles ama,
rectos potius quam obsecundantes.
Miscebis interdum seriis iocos sed
temperatos et sine detrimento
dignitatis ac verecundie. Nam
reprehensibilis risus est, si immodicus, si
pueriliter effusus, si muliebriter fractus.
Odibilem quoque hominem facit risus
aut superbus et clarus aut malignus et
furtivus aut alienis malis evocatus.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae
honestae*, 4 (C.W. Barlow ed., p.243,
ll.21-29).